



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Cardinales Ordinis Camaldulensis, duo. cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

mun Ecclesiæ Pastorem, vt ei quondam a S. Leonardo Eremita Camaldulensi prædictum fuerat, absens electus; ad S. Petrum, 5. cal. April. die Sancto Paschæ, consecrationis, & coronationis insignia suscepit. Inter multa quæ ad Dei Laudem, & Ecclesiæ decorem sanctè & laudabiliter perfecit, Decretalium Libros quinque compilauit; Franciscum Perusij, Dominicum Reate, Antonium Patauinum nuncupatum Spolerti, Elisabetham Hungariæ Regis Filiam, Romæ, inter Sanctos retulit; Synodum Lateranensem, de Imp. Friderico. II. abrogando indixit, sed captione Prælatorum, & morte præuentus, minime celebrauit: in tantum enim animi metorem, ea de causa incidit, ut non multo post Romæ obierit anno Domini 1241. die, 11. cal. Augusti, Pontificatus sui an. 14. mense. 4. die. 3. Ordinationibus quatuor mensibus Septembri & Decembri celebratis, Cardinales vndecim, Episcopos, videlicet, sex, Presbyteros tres, & Diaconos tres, creauit. Cadauer eius sepultum in Basilica S. Petri. Vacauit eo mortuo sedes Romana, menses 2. & diem unum.

Cardinales Ordinis Camaldulensis, Duo. Cap. XXIII.



PRATER Angelus de Anna Neapolitanus Monachus Camaldulensis, Ep̄s Summæ ripæ, & electus Laudensis, creatus Diaconus Cardinalis T. S. Lucie in Septifolio, ab Urbano Papa VI. in quarta creatione anni 1395. 7. idus Ianuarij, Luceriæ Christianorum in Apulia; publicatus Genuæ eodem anno 17. cal. Nouembris: a Bonifacio Papa IX. factus Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ T. Pastoris; & a Ioanne Papa XXIII. Episcopus Cardinalis Prænestinus, & Decanus collegij. Obijt Romæ mense Iulij anno 1428. Neapolim translatus, in Ecclesiâ S. Mariæ de porta noua sepultus est. ad cuius sepulchrum sequens Epitaphium legitur.

CARDINALIS DE ANNA V. LAVDENSIS.

Hoc iacet in tumulo Sacri de Cardine cætus

Laudensis dictus, senio pater optimus, isti

Anna fuit generosa domus, sed amabile nomen

Angelus, angelicam pia mens reuolauit in aulam;

Milleno quadriceno bis denis octauoque iunctis

Currebat Christi mensis quoque Iulius anni.

Panui-

A N N O T A T I O.

Panvinus in Epitome dicit obiisse anno 1431. mense April. at ex præfenti Epitaphio errare convincitur.

Frater Maphæus Gerardus Venetus, Abbas S. Michaelis de Murano, & Venetiarum Patriarcha 6. Presbyter Cardinalis T. S. S. Nerei, & Achillei, creatus ab Innocentio VIII. in prima creatione, an. 1489. pridie idus Martij, Romæ. Obijt Narniæ, rediēs ex Vrbe Venetias, post comitia Alexandrina, an. 1492. Pontificatus Alexandri Papæ VI. anno I. Cadaver Venetias portatum, in Ecclesia Patriarchali S. Petri de Castello sepultus est cum hoc Epitaphio: *Maphæus Gerardus Patriarcha Venetiarum, & Dalmatiæ Primas, S. R. E. Cardinalis, locus carnis propriæ, terra est.*

Archiepiscopi Ordinis Camaldulensis. Cap. XXIII.

ANTONIUS Pico, homineus, Senensis Abbas S. Salvatore Berardingarum in territorio Senensi, primus Senarum Archiepiscopus, creatus à Pio, Papa I. *Augustinus Florentinus in 2. par. Histor. Camald. libro 3. cap. 20.*

Gregorius }
Ingelbertus } discipuli S. Romualdi Archiepiscopi incertæ sedis.
Petrus, Abbas S. Michaelis Pifarum post Episcopus eiusdem civitatis Floruit anno 1070. *Aug. lib. 2. c. 9. par. 2.*

Episcopi Ordinis Camaldulensis. Cap. XXV.

IMERIUS, Abbas Classis, Populienfis, creatus anno 1262. *Aug. p. 2. lib. 2. c. 20.*

Angelus de Anna, Monachus Camaldulēsis, Episcopus Patriæ, siue Summæ Ripæ, deinde anno 1395. Episcopus Laudensis, & S. R. E. Diaconus Cardinalis. *Aug. p. 2. lib. 4. c. 4.*

Antonius de Monte, Monachus Angelorum, Episcopus Civitatis. Obiit 1545. 2. Decembris, sepultus in Ecclesia sua. *Aug. lib. 5. c. 2. p. 2.*

Antonius Simonis Mōsabrasinas, Monachus Angelorum, primum Episcopus Minoris, in Regno Neapolitano, Deinde Episcopus Sutrij, & Nepij. Obiit anno 1557. septimo Septembris, in maiori basilica